Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



132

In diebus illis.
Cum complerentur dies
pentecostes. erant omnes
discipuli pariter in eodem
loco. Et factus est repen
te de celo sonus tanquam
aduenientis spiritus uehemen
tis. et repleuit totam domum
ubi erant sedentes. Et apparuerunt illis
dispertite lingue tanquam ignis. sedit que super
singulos eorum. Et repleti sunt omnes spiritu sancto.
et cepiunt loqui uariis linguis. prout spiritus se
dabat eloqui illis. Erant autem in hierusalem habi
tantes iudei uiri religiosi. ex omni natione
que sub celo est. facta autem hac uoce conuenit
multitudo. et mente confusa est quod audie
bat unusquisque lingua sua illos loquen
tes. Stupebant autem omnes. et mirabantur dicen
tes. Nonne ecce omnes isti qui loquuntur galilei
sunt. Et quomodo nos audiuimus unusquisque
linguam nostram in qua nati sumus. Parthi.